



ΣΥΝΘΕΩ.

DISPUTATIO UNDECIMA

De

MONACHIS ET LAICIS.

Resp. M. MICHAELÈ WALTHERO
Norimb. Facultat. Phil. Adjuncto.

THESIS I.

QUINQUE POTISSIMUM
sunt membra principalia, ad quæ
omnia commodè revocari pos-
sunt, quæ Bellarm. Tom. 2. de
Eccles. Mil. cont. 2. libr. 2. & 3.

prolixius pertractat, inter quæ primum est
de Religione. Secundum de Consiliis. Ter-
tium de Votis. Quartum de moribus Mo-
nachorum. Quintum deniq; de Laicis, uti
vocat.

2. I. Circa RELIGIONEM sex occurrunt *Liber de*
capita, proponitur n. 1. monastices appella-
tio. 2. religionis definitio. 3. religiosorum ordo. *Monach.*
4. confirmatio. 5. origo. 6. calumniarum, uti
videntur Bellarmino, propulsio.

L

3. Appella